Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

contigit tharsenses et mallotas sediti
onem movere eo quod antiochide regis con
cubine dono essent dati. Festinanter
itaque rex venit sedare illos relicto
suffecto uno ex comitibus suis andro
nico. Ratus autem menelaus acce
pisse se tempus oportunum aurea quedam
vasa in templo furatus donavit
andronico et alia vendiderat tyro et
per civitates vicinas. Quod cum agno
visset certissime onyas arguebat eum
ipse in loco tuto se continens antyochie
secus daphnen. Unde menelaus acce
dens ad andronicum rogabat ut
onyam interficeret. Qui cum venisset
ad onyam et datis dextris cum iure
peam iurando quamvis suspectus esset ei suasisset
de asilo procedere statim eum per
emit non veritus iusticiam. Ob quam
causam non solum iudei sed et alie
quoque nationes indignabantur
et moleste ferebant de nece tanti vi
ri iniusta. Sed regressum regem de cili
cie locis adierunt iudei apud anty
ochyam simul et greci conquerentes de in
iqua nece onye. Contristatus itaque
animo propter onyam antyochus et
flexus ad misericordiam lacrimas fudit re
cordatus defuncti sobrietatem et mo
destiam. Accensisque animis andro
nicum purpura exutum circumduci
per totam civitatem iubet et eodem lo
co in quo in onyam impietatem com
miserat sacrilegum vita privari
domino illi dignam penam tribu
ente. Multis autem sacrilegiis in tem
plo a lysimacho commissis menelay
consilio et divulgata fama congregata est
multitudo adversus lysimachum
multo iam auro exportato. Turbis
autem insurgentibus et animis ira re
pletis lysimachus armatis fere tribus
milibus iniquis manibus uti cepit

duce quodam tyranno etate pariter et de
mentia provecto. Sed ut intellexerunt
conatum lysimachi alii lapides alii
fustes validos arripuere. Quidam
vero cinerem in lysimachum iacere
ceperunt. Et multi quidem vulnerati qui
dam autem et prostrati omnes vero in fu
gam versi sunt. Ipsum vero sacrilegum
secus erarium interfecerunt. De hys
ergo cepit iudicium adversum mene
laum agitari. Et cum venisset rex
tyrum ad ipsum negotium detulerunt
missi tres viri a senioribus. Et cum su
peraretur menelaus promisit ptolo
meo multas pecunias dare ad sua
dendum regi. Itaque ptolomeus in
quodam atrio positus quasi refrigerandi
gratia regem adiit et a sententia deduxit
et menelaum quidem universe mali
cie reum criminibus absolvit. Mi
seros autem qui etiam si apud scitas cau
sam dixissent innocentes iudicarentur
morte dampnavit. Cito ergo iniustam
penam dederunt qui pro civitate et
populo et sacris vasis causam prosecuti
sunt. Quam ob rem tyrii quoque in
dignati erga sepulturam eorum libera
lissimi extiterunt. Menelaus autem
propter eorum qui in potentia erant ava
riciam permanebat in potestate cres
cens in malitia et ad insidias civium.

Eodem tempore Capitulum. v.
antyochus secundam profectionem
paravit in egyptum. Con
tigit autem per universam ierosolimorum
civitatem videri diebus. xl. per aera equi
tes discurrentes auratas stolas habentes.
et hastas quasi cohortes armatas. et cur
sus equorum per ordines digestos. et con
gressiones fieri cominus et scutorum mo
tus. et galeatorum multitudinem gla
diis districtis. et telorum iactus. et auri
orum armorum splendorem omnisque generis